

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Stockmann

**Programma Quo Prorector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockmannus,
Medic. D. & Prof. ab Impiis Bacchanalium feriis & turpi luxu Cives Academicos
serio dehortatur**

Rostochi[i]: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734835515>

Druck Freier  Zugang



R U Progr. 1652

Aug. Varenius

Joh. Corfinius

Aug. Varenius

Josch. Stockmann

Nicol. Schütz



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734835515/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734835515/phys_0002)



425.

PROGRAMMA
Q V O
PRORECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOACHIMUS STOCK-
MANNUS, Medic. D. & Prof.

ab
Impiis Bacchanalium feriis &
turpi luxu

CIVES ACADEMICOS
seriò dehortatur.



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typog.
Anno M. DC. LII.



Lluxit iterum
tempus illud , quo
salutarem Passionis &
mortis Dominicæ memo-
riam , debitâ cum devo-
rione , recoli vult Eccle-
sia . Si enim quotannis
Israëlitides puellæ ad Jephthes filiæ bustum tristi-
agmine conveniebant , ut lamentis suis ac gemi-
tibus funestam atque lugubrem ejus mortem ,
quæ innocens manu patris DEO fuerat immola-
ta , deplorarent ; qui non & nos Christiani jun-
ctis animis congregati C H R I S T I Domini sor-
tem quotannis defleremus , qui innocens , ac nul-
lo suo delicto , pro hominibus DEUS , pro subdi-
tis Imperator , pro servis Dominus , pro sotibus
insons execribili morte est immolatus ? Sane
non ullum aliud tempus est , quo plus humano
generi præstitum collatumque fuit , quam hoc
solemni ac sancto , quo nimur per passio-
nem ac mortem Conservatoris nostri , sanatum

A 2

est vul-

est vulnus Adami , expurgata est humani generis lepra , placata est æterni patris ira . Quanquam igitur universa quidem Christiani hominis vita jejunium perpetuum esse debeat : tamen hoc tempore cum primis danda diligentius opera est sobrietati & abstinentiæ , ut redemptio nis nostræ mysterio paullò accuratius considerando animus rite vacare queat . Ad quam profecto curam erigere sese atque componere non possunt ii , qui unicum ventris curant dolium , & fumantis stomachi culinam , nec ullos pœnorunt jam ac colunt Deos , præter Edusam & Potinam : verbo , qui Bacchanalia vivunt vel ipsis gentilibus detestata ; quippe qui animam sicciam optimam & sapientissimam statuebant . Et isti reverâ quid aliud sunt

Quàm curva in terris anima , & cœlestium inanes ? ventris inertis mancipia , pessimi idololatræ , qui religiosissimum Christianorum nomen mentiuntur , dum pro CHRISTO Bacchum , pro cœlo ventrem colunt , & adulterinâ quadam licentia in luxum omnem ac petulantiam dissolvuntur . Casta mens DEUS est , in casto etiam ac sobrio pectore sedem sibi figere unicè amat . At nunquam ego castum , inquit doctor ille aurei oris , ebrium putabo . Et ubi ebrietas , ait idem alicubi

alicubi, ibi Diabolus. Ecquid verò commercii
CHRISTO cum Belial? Cæterum quis non Dia-
boli opus censeat, faciem fictam gestare, mentiri
effigiem, divinam sapientissimi Opificis fabricam
personatis pompis & ludicris dissimulare eo tem-
pore, cum sanctissimæ Salvatoris tui faciei pu-
tentia fætentiaq; sputa tuâ causâ ingesta sunt?
Quis non Diaboli negotium censeat eo tempore,
quo jejunium olim CHRISTUS suscepit, se-
questratâ omni pietate, abjectâ omni verecundiâ, indulgere genio & gaudia carnis curare? Quis
non impium penitus atq; detestandum pronun-
ciet, cum æternus æterni DEI filius ad profun-
dum sanguinem suum properat, Christianum
commissionibus intempestivis diffue-
re? cum pro scelere ac peccatis nostris passus
& vitâ orbatus, quam tamen inspiraverat om-
nibus, in scelera atque flagitia ultrò ruere eum,
qui cum CHRISTO fædus pepigit? ad men-
sam currere, & voluptatum res sectari, cum Ille
ad crucem festinat? levitati ac nequitiae permit-
tere omnia, & corpus crapulâ distendere, cum
Servatoris tui colaphis lividum, sanguine fœda-
tum, flagris concisum vides. Ventrem cibis far-
cire, cum ille famet? vina ructare, cum ille sicut
Potando vigilare, cum ille orando? O impium,

A 3

omni-

omnino atque detestabilem ritum! O perditæ ac
projectæ mentis homunciones, qui ad Satanæ
opera peragenda eo modo sequuntur. Faceant
hinc procul Bacchanalia, facessant Orgia, Cybe-
lia, Lupercalia facessant! Bacchentur, insaniant,
qui perire volunt, certè quibus vel mica pictatis
est, qui que nondum rationem omnem amise-
runt, nunquam, confidimus, ad insanam illam
libertatem & liberam insaniam descendedent. So-
nabit in auribus ipsorum Sapientis illa minitan-
tis vox: vae, vae, qui potentes estis ad bibendum
vinum & viri fortes ad miscendam ebrietatem.
Perpendent apud animum suum, quid monstrū
illud atque portentum turpissimum, illa volun-
taria rabies ebrietas sæpe designet, per quam non
peccatum facit homo, sed ipse totus peccatum
est. Ebrietas fomentum libidinis, incentivum in-
sanæ, venenum insipientæ. Ex ebrietate sæpe
numero contumeliæ acrisæ, quæ, ut ait Tacitus,
rarò conviciis, sæpius cæde & vulneribus transi-
guntur. Multa enim faciunt ebrii, scribit Seneca,
quibus sobrii erubescant. Exempla passim sunt
obvia, è quibus unum adducere operæ visum fuit.
Alexander sane Macedo Clitum charissimum sibi
& fidelissimum inter epulas transfodit: & intel-
leto facinore mori voluit, certè debuit. Nimi-
rum

rum quem tot prælia tutum dimiserant, intemperantia bibendi & ille Herculaneus ac fatalis scyphus sepelivit.

Universos igitur ac singulos, qui apud nos studiorum gratiâ agitant, monemus & adhortamur sedulò, ut bacchanalia, proscenia omnis turpitudinis ejurent, ab helluandi, grassandi ac tumultuandi libidine, omniq; nequitiarum genere ac lasciviarum, quæ hoc tempore fervore præcipue solent, abstineant; contra sobrietati, sanctimoniae, pudori ac disciplinæ, quantum possunt, studeant. Circumferant in animis suis severissimum illud C H R I S T I mandatum, quando vigilare nos jubet, cum nesciamus, quâ horâ Dominus venturus sit.

O felix mortale genus, si semper haberet.

Æternum præ mente bonum, finemq; timeret.

Latet una dies, ut observentur omnes, ut sanctius vivendo quisq; ita se pareat, ne imparatus à novissimo die suo deprehendatur. Qualis enim quisq; hinc exit suo, talis invenietur in seculi hujus novissimo die.

Quid si, cum vinis oculiq; animiq; natarent,

Extremum veberet flebilis hora diem?

Ut quemq; inveniet Iudex, ita sede locabit.

Arbor, uti cecidit, deinde resecta jacet.

Simus

Simus igitur ad virtutum opera sobrii, & dum
vivimus, vigilemus necesse est. Quod enim hic
eligimus, postea habebimus: quod hic seminavi-
mus, ibi metemus. Confidimus autem CIVES
nostros nonnisi sancte ac sobrie, & continenter
peracturos hoc tempus, atq; ita vitam institu-
ros esse, sicut decet illos, qui CHRISTUM
Magistrum ac ducem suum sequuntur. Non lu-
dis aut commessationibus, sed jejunis ac preci-
bus tempus hoc eget.

*Frenentur ergo corporum cupidines,
Detersa ut intus emicet prudentia.
Sic excitato perspicax acuminis
Liberq; flatu laxiore Spiritus
Rerum parentem rectius precabitur.*

Secus qui vixerint, improbitatis suæ dignas DEO
vindici pœnas persolvent. Cogitent pessimo
loco eorum res esse, de quorum desperatâ pravi-
tate Angelij amarè flere ac lamentari coguntur:
nisi pœnitentiæ medicina quaeratur, dum iustitiæ
adhuc sententia suspenditur, futurum omnino
est, ut quibus prodesse non potuit correctio, non
parcat abscissio. P.P. Dominicâ ESTO MIHI,

Anno recuperatæ gratiæ
ciclo loc LII,

• 6(0) •





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734835515/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734835515/phys_0011)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734835515/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734835515/phys_0012)

DFG

CHRISTUS imperat
CHRISTUS vicit, & i
Cunctorum dominantium su
Cum quo vincere & imperare
Aut regnare, beatus is triun
Extruamus iuuenientiam aram, ac
phali, & in medio aræ hoc e
mandemus. Nunc facta salu
virtus & regnum DEI nostri
TI e[st] Iesus; quia dejectus est accu
strorum, qui accusabat eos an
strum die ac nocte. Faciamus p
soluto olim Romani triumphi
in Capitolio votis gratiarum a
solemni ritu persolvebant,
ACADEMICI, qui in C
phatis, & quos CHRISTUS
tes, ut Apostolus loquitur, fid
lumus, ut ferias hasce Pascha
rum devotione & debitâ gratia
bretis. Bonam igitur militiam
conscientiam retinete, corona
tate, quam ut reportetis, opera
cum CHRISTO resurgere. C
enim resurgere vita est.



unus.
rex

triun-
inscribi
IS TO
CHRI-
rum no-
tum no-
uod ab-
icupatis
Diis suis
, Cives
triun-
mphant-
atos vo-
animo-
ne cele-
bonam
æ repor-
est prius
KISTO

Hæc